Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



eccl. vi–vii

eñ satis recordabitur dierum
nute siue eo quod deus occupet de
letis cor eius. VI
Est & aliud malum q̃ sub
sub sole quidem frequens
apud homines. Vir cui de
dit deus diuicias & substanciam
& honorem & nichil deest ánime
eius ex omnibus que desiderat nõ
tribuit ei deus potestatem ut come
dat ex eo. sed homo extraneus vo
rabit illud. hoc uanitas & miseria
magna nimis est. Si genuerit
quispiam centum liberos & uixe
rit multos annos & plures dies etatis
huius & anima illius nõ implebitur
bonis substancie sue sepulturaq;
careat. de hoc ego dico quod melior sit
abortivus. frustra enim uenit & p
git ad tenebras & obliuione delebi
tur nomen eius. Non uidit solem
neq; cognouit distanciam boni &
mali. Etiam si duobus milibus
annis uixerit & nõ fruitur bonis
omnia ad unum
locum properant omnes labor hõis
in ore eius sed anima illius nõ
implebitur. Quid habet sapiens
amplius a stulto & quid pauper
nisi ut pergat illuc ubi est uita.
Melius est videre quod cupias
quam desiderare quod nescias. Sed
& hoc uanitas & pusillum spiritus
qui futurus est iam uocatum est
nomen eius & scitur quod homo
sit & non possit contra fortiorem
se in iudicio contendere. VII
Verba sunt plurima multa
& nichilominus disputando huius uanitatis
augmentum. Quid necesse est homini magno
ra se querere. cum ignoret quid
conferat sibi omnia sua numero
dierum peregrinacionis sue & tempo
rum quo uelud umbra pertransit. aut
quis ei poterit indicare quid post
eum futurum sit sub sole. Me
lius est nomen bonum quam unguen
ta pretiosa & dies mortis die na
talitatis. Melius est ire ad domum
luctus quam ad domum convi
vii illa enim finis cunctorum admo
nebit hominem & vivens cogitat
quid futurum sit. Melior est ira
risu. quia per tristiciam animi corri
gitur animus delinquentis. Cor
sapientium ubi tristicia est & cor
stultorum ubi letitia. Melius est
a sapiente corripi quam stultorum
adulacione decipi. Quia sicut so
nitus spinarum ardentium sub olla
sic risus stulti. Sed hoc uanitas.
Calumpnia conturbat sapientem
et perdet robur cordis illius. Melior est
patiens arrogante. Melior est ad
modestiam quam ad superbiam. Ne
quid festines in spiritu tuo ut irascaris
quia ira in sinu stulti requiescit. Ne dicas quid putat
est quod meliora fuerint priora
tempora quia nunc sunt. stulta enim
est huiusmodi interrogatio. Melior est
sapiencia cum diuiciis & magis
prodest uidentibus solem. sicut e
nim protegit sapiencia sic protegit
pecunia. Habet autem plus ista eruditio
& sapiencia quod uitam tribuit
possessori suo. Considera opera di
quod nemo possit corrigere quem

381